



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

199. Papst Nicolaus V. beauftragt den Bischof von Brandenburg, die  
Burgcapelle im neuen Schloß zu Cöln an der Spree nach dem Antrage des  
Kurfürsten in eine Pfarrkirche zu verwandeln, mit Schloßkirche ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56597](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56597)

verczihen nach angeficht diez brifes, damit wir vnnfern glauben, so wir In geret han, behalden mügen: das wollen wir bruderlich vmb ewr libe verdinen: vnd bedorft Ir furder souil oder mer gelts, sol uch vnuerfagt fein. Datum plaffenburg, am Sonntag nach martini, Anno etc. LIIII<sup>o</sup>.

Johans, von g. g. Marggr. zu Brandenburg.

Dem Hochgeborn Fursten, vnnferm lieben  
Bruder, herrn fridrichen dem Eltern,  
Marggrauen zu Brandenburg etc. vnd Burg-  
grafen zu Nuremberg.

Nach dem Originale des K. Geh. Kab.-Archives.

199. Papp Nicolauß V. beauftragt den Bischof von Brandenburg, die Burgcapelle im neuen Schloß zu Cöln an der Spree nach dem Antrage des Kurfürsten in eine Pfarrkirche zu verwandeln, mit Erhebung des Pfarrers zum beständigen Hauscaplan der kurfürstlichen Familie, und der neuen Schloßkirche die Einkünfte von zwei Kalandsaltären in Berlin und Teltow einzuverleiben, am 1. Dezember 1454.

Que generis eximii nobilitate pollentium divini cultus augmentum, animarum salutem et ecclesiasticorum locorum uenustatem et decorem sincera prosequuntur devotione vota benigne et favorabiliter amplectimur et illis, ut optatum fortiantur effectum, opem et operam, quantum cum Deo possumus, impendimus efficaces. Sane pro parte dilecti filii nobilis viri Frederici, Marchionis Brandenburgensis, qui etiam sacri Romani Imperii Elector existit, nobis nuper exhibita petitio continebat, diversa in diversis ecclesiis et locis sui temporalis domini perpetua beneficia ecclesiastica, et inter alia unum in Beate Marie oppidi Berlyn, et aliud in Villa Teltow tue diocesis parochialibus ecclesiis Altaria, ac per predecesores suos Marchiones Brandenburgenses fundata et dotata canonice instituta, et eorundem altarium collatio et provisio illorum, vacationibus pro tempore occurrentibus quibusvis, presbiteris et Clericis fratribus kalendarum nuncupatis in certis Ecclesiis infra hujusmodi dominium certis anni temporibus pro divinis inibi officiis ac memoriis dictorum predecessorum peragendis convenientibus ex voluntate fundatorum eorundem altarium concessisse et reservate fuerunt, apostolica etiam super hoc confirmatione subsecuta. Preterea nonnulli redditus annui usibus presbiterorum et Clericorum hujusmodi, videlicet inter eos, dum divinis interessent, distribuarentur, et temporibus quibus pro divinis et memoriis hujusmodi peragendis convenirent, eis exinde honesta prandia pararentur, per predictos predecesores et alias devotas personas ad hoc ut divina officia et memorie majoribus devotione et diligentia agerentur, deputati et assignati extiterunt: et licet in his aliquamdiu illorum,

qui ea taliter fieri ordinarunt, satisfactum fuerit voluntati, successu tamen temporis presbiteri et clerici predicti, vertentes in vicium, quod pietatis et devotionis respectu laudabiliter institutum fuit, redditibus predictis abutendo, illos in excessivis crapulis et commensationibus consumunt ac alios presbiteros et clericos ad participandum cum eis in hujusmodi redditibus et aliis emolumentis, que illis ratione fraternitatis sue obvenire consueverunt, et frequentius non nisi sub labe simoniace pravitatis admittunt, quodque prefatus marchio, cui etiam dudum predictos redditus in alios pios usus disponendi, premissis suadentibus causis, facultas auctoritate apostolica concessa fuit, pro divini cultus augmento et ad laudem gloriose Virginis Dei genitricis Marie, de bonis ad ipsum pertinentibus, quandam Capellam in novo castro oppidi Colen dicte diocesis insigni plurimum opere noviter suis sumptibus constructam et edificatam fundavit, in qua etiam post ejus decessum funeris sui sepulturam elegit. Cui opitulationem efficere satagenf, ut in illa divinus effloreat cultus, et si ordinari contingeret, quod presbiteri et clerici predicti decetero pro hujusmodi divinis et memoriis peragendis ad ipsam Capellam convenire habeant, singula ibidem per presbiteros et Clericos predictos agenda sub debite honestatis modestia, ac ad laudem divini nominis laudabiliter et salubriter fiant, et sicut eadem petitio subjungebat, predicto Frederico ac ejus Contorali ac ejusdem Frederici successoribus marchionibus ipsorumque familie plurimum redderetur accomodum, si ipsorum et singulorum de hujusmodi familia animarum cura per Rectorem dicte Capelle, qui pro tempore fuerit, gereretur, ut ipse illis ecclesiastica ministrare haberet sacramenta, idemque Rector ipsorum Marchionum Brandenburgensium pro tempore existentium et contoralium suarum foret Capellanus domesticus et continuus commensalis, si etiam Capelle predictae, suppressis prefatis altaribus, illa cum omnibus juribus et pertinentiis suis, ita tamen, quod idem Rector singula, que Rectoribus dictorum altarium illorum foundationibus, quoad divina officia in predictis parrochialibus ecclesiis facienda incumbunt, in ipsa Capella per se, vel alium gerere et facere, aliaque ipsorum altarium consueta onera supportare teneretur, perpetuo unirentur, annecterentur et incorporarentur ac etiam divina officia et memorie, que per presbiteros et Clericos, fratres kalendarum nuncupatos predictos, ratione fraternitatis hujusmodi agi solent in eadem Ecclesia perpetue peragerentur, ex hoc evidens in ipsa Capella succederet hujusmodi divini cultus incrementum, cristi fidelium augetur devotio et plurima quoad animarum salutem profutura adminicula verisimiliter provenire possent; Quare pro parte dicti Frederici Marchionis nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictam Capellam in parrochiale cum fonte baptismali et cimiterio erigere, ac Fredericum et Contoralem et eorum successores predictos ipsorumque familiam ab ipsorum parrochiali ecclesia, cuius parrochiali juri subesse noscuntur, separare illosque dicte Capelle et ejus Rectoris pro tempore existentis juri hujusmodi subicere, prefataque altaria dicte Capelle perpetuo unire, incorporare et annectere, nec non statuere et decernere, quod presbiteri et Clerici fratres kalendarum predicti hujusmodi divina officia et memorias, quas ratione fraternitatis predictae peragere solent in dicta Capella decetero peragere, ibique redditus

prefati inter eos in usus debitos distribui debeant, necnon jus patronatus et presentandi loci ordinario presbiterum idoneum, qui Capellanus domesticus continuus commendalis Marchionis Brandenburgensis pro tempore existat, ad ipsam Capellam pro hac prima vice et quotiens eam pro tempore vacare contigerit, Marchionibus pro tempore existentibus predictis perpetuo reservare, de benignitate apostolica dignemur. Nos igitur, qui de premissis et eorum circumstantiis certam notitiam non habemus, hujusmodi in hac parte supplicationibus inclinati, fraternitati tue committimus et mandamus, quatinus tu ipse, vocatis qui fuerint evocandi, super premissis et eorum circumstantiis universis auctoritate nostra te diligentius informes, et si per hujusmodi informationem expediens fore videbitur, super quo tuam conscientiam oneramus, Marchiones prefatos et eorum Conthorales ac eorundem familiam pro tempore existentes a prefata parochiali Ecclesia, cui, ut prefertur, subesse noscuntur, prius tamen illius Rectori provide facta perpetua recompensatione competenti, separes dictamque Capellam in parochialem cum hujusmodi fonte baptismali et Cimiteriis erigas ac prefatos marchiones, Conthorales et familiam eorum, ita quod ipsius Capelle Rector pro tempore existens illorum animarum curam gerere, illisque ac ipsorum parvulis nascentibus singula, prout expedit, ecclesiastica sacramenta ministrare teneatur et debeat, juri parochiali subicias prefataque altaria supprimas et extinguas, ac illa, quorum et dicte Capelle fructus, redditus et proventus presentibus pro expressis haberi volumus, cum omnibus juribus et pertinentiis suis eidem Capelle eadem auctoritate nostra perpetuo unias, incorpores et annectes, ita quod cedentibus vel decedentibus dictorum altarium Rectoribus, vel alias illa quomodolibet dimittentibus, liceat Rectori Capelle pro tempore existenti predicto fructuum, reddituum, proventuum eorundem tum suppressorum altarium corporalem possessionem auctoritate propria libere apprehendere illosque in suos et dicte Capelle usus convertere et perpetuo retinere, diocesani loci pro tempore existentis et cujuslibet alterius super hoc licentia minime requisita, idemque Rector extunc singula, que dictis altaribus in prefatis parochialibus ecclesiis in divinis agenda incumbabant, in ipsa Capella per se vel alium gerere et facere, aliaque consueta ipsorum altarium onera supportare teneatur. Et insuper dicta auctoritate nostra statuas et decernas, quod divina officia et memorie hujusmodi, que per prefatos presbiteros et Clericos, fratres kalendarum nuncupatos, ratione dicte fraternitatis peragi consueverunt, decetero in eadem Capella peragantur, tuque super hoc, quod redditus prefati inter ipsos presbiteros et Clericos rationabiliter in ipsorum usus distribuantur et convertantur alias juxta voluntatem et ordinationem eorum, qui hujusmodi redditus presbiteris et Clericis ipsis erogant, salubriter provideas, prout tibi rationabiliter videbitur fore faciendum, ac nihilominus jus patronatus et presentandi loci ordinario presbiterum idoneum, qui dictorum Marchionum pro tempore existentium Capellanus continuus commendalis existat, ad prefatam Capellam pro hac prima et quotiens eam in antea vacare contigerit, Marchionibus pro tempore existentibus predictis eadem auctoritate perpetuo reserves, et alia circa premissa facias et ordines, que circa ea videris quomodolibet fore necessaria

vel etiam opportuna. Non obstantibus premiffis, nec non Constitutionibus et ordinationibus apostolicis contrariis quibuscumque, aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus speciales vel generales apostolice Sedis vel Legatorum ejus litteras impetrarint; etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem et decretum vel alias quomodolibet sit processum, quascumque litteras et processus habitos per easdem, ad dicta altaria volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad affectationem beneficiorum aliorum prejudicium generari, quibuslibet privilegiis, indulgentiis et litteris apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri et de quibus, quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nos enim suppressionem, unionem, annexionem et incorporationem hujusmodi per te vigore presentium fieri contigerit, exnunc irritum decernimus et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Rome apud Sanctum Petrum, anno vero Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto, Kalendis Decembris, Pontificatus nostri anno quarto.

Aus den Regesten des Vaticanischen Geh. Archives. — Das Datum bedarf in Beziehung auf die Jahre des Pontificats einer Berichtigung.

200. Kurfürst Friedrich II. verspricht unter gewissen Bedingungen der Wahl Herzogs Albrecht zum künftigen Reichsoberhaupte seine Stimme und Unterstützung, am 6. Januar 1455.

Heute datum diser zedel ist verlaffen vnd zugesagt, wurde vnser allergnädigster her der römische kayser vnd die kurfürsten ir volbort vnd willen darzu oder durch ainträchtige wale sich begeben, das der hochgeporn fürst, her Albrecht, Erzherzoge zu Osterich etc., ain Römischer kunig werden vnd sein solt, das dan der hochgeporn furste her fridrich, margraff zu brandenburg, des hailigen römischen reichs ertzkamerer vnd burgraß zu nürnberg, sein willen vnd volbort ouch dar zu geben vnd im ouch furderlich vnd darzu hilfflich sein solt, dar auff sol der genante hertzog albrecht auff disse nächst zukünftige liechtemesse zu der nuwenstat sich verschreiben, wie nott ist, dem genanten margraff Fridrichen vnd allen sein brüdern hilff, beistand zu thon getrewlich wider allemenklich allezeit on geuerde, vnd wan er römischer kunig worden ist, sol er ouch solch verschreibung gen dem genanten margraff fridrichen vnd sein brudern vernuwen, vnd in aller mas oben berurt, sich gen in allen vnd ainem iglichen besunder verschreiben hilfflich vnd geratten zu sein wider allermenklichen vnd damit in dan alle ir priuilegia, gerechtikait, alde herkomen gewonhait, gerichte, landgerichte bestätigen vnd confirmieren vnd bey iren inhabunden